



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 15. Quare exigitur ab eo professio fidei?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

## 100 TRACTATUS II.

Christiani perfectionem spectant, sine qua salvari quis potest. Vota vero in Baptismo facta de iis sunt, quae ad salutem ita sunt necessaria, ut ab iis nemo dispensari possit; qui enim ea violat, non modo majori perfectioni hominis Christiani, sed ipsi planè Christianismo renuntiare dici potest.

Quast. 14. Quare tot unctiones fiunt supra pectus & scapulas baptizandi?

D. CAROL. A&T.  
P. 4. De Cere-  
moniis que  
priusquam Bap-  
tismus minif-  
tretur adhiben-  
tur,

Resp. Obsignantur præterea, inquit sanctus Carolus, oleo sacro figurâ Crucis pectus & scapula, ut intelligamus eos qui Baptismo initiantur, quasi Christi Athletas, ait sanctus Ambrosius, lactamen hujus sacerduli luctaturos: solent enim luctantes inungi. Deinde ut sciamus Baptismi gratiam non nostris meritis, sed Christi beneficio & gratuitâ misericordia donari, qua oleo significatur. Præterea quia oleum est medicamenti species quandoquidem Samaritanus infudit in vulnera oleum & vinum: ideo hac unctione demonstratur, intima anima nostra vulnera, & morbos hanc medicinam curari: fornitemque ipsum, quamvis non omnino extinguatur, at certe debilitati: viresque & robur spirituale nobis addi, quo satana, carnisque temptationum impetus depallamus. Pectus præterea ungitur, ut intelligamus mentem animumque divina virtute corroborari. Scapula vero, quia dantur homini vires ad jugum Christi Domini ferdum.

Inungitur, inquit idem Sanctus ibidem, ante & retro, ut undique muniatur & confirmetur ad opera bona prestanda corde & corpore, voluntate & opere.

Quast. 15. Quare exigitur à baptizando professio fidei?

Resp. Quia, ut dicitur Marci ultimo: Qui

*De Sacram. Baptismi. Cap. VII. 101*  
crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit:  
Hoc est, requiritur fides ad recipiendam Bap-  
tismi gratiam, ut explicuimus cap. 6.

*Quæst. 16. Quare petitur à puerō, velit-ne  
baptizari?*

*Resp. Quia consensus eorum, qui baptizari  
debent requiritur in adultis ut cap. 6. exposui-  
mus, ubi de conditionibus necessariis in adulto  
baptizando egimus.*

*Quæst. 17. Quid significat unctio in ver-  
tice capitis, quæ sit cum sacro Chrismate post  
Baptismum?*

*Resp. Postquam ascenderit baptizatus de Can. Postquæ.  
fonte, ut dicitur in Canone, statim signatur De Consecr.  
in cerebro à Presbytero cum sacro Chrismate,  
sequente simul & oratione, ut regni Christi  
particeps fiat, & à Christo Christianus possit  
vocari.*

*Et ut ait sanctus Carolus: Inungitur præ- S. Carol. Act.  
terea à Parocho in vertice sacro Chrismate, p. 4. De Cerem.  
ut intelligat se ab eo die Christo capiti tan- que peracto  
quam membrum conjunctum esse, atque ejus Baptismo ser-  
corpori insitum, & ea re Christianum à van. ur.  
Christo, Christum verò à Chrismate appellari.*

*Quæst. 18. Quare traditur vestis candida  
baptizato?*

*Resp. Post Baptismum traditur Christiano Can. Post Bap-  
vestis candida, ut dicitur in Canone, desig- tis. De Con-  
nans innocentiam & puritatem Christianam,  
quàm post ablutas veteres maculas, studio  
sancta conversationis immaculatam servare  
debet, representandam ante tribunal Christi:  
euncti verò renati albis induuntur vestibus ad  
mysterium resurgentis Ecclesie. Utuntur ergo  
baptizati albis vestibus, ut quorum prima na-  
tivitatis faciem vetusti erroris pannus f. scra-  
verat, habitus secunda generationis gloria*

E iij